UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

gine naturæ ueritas obumbretur, nam prior in tempore & ætate aliis poſterioribus eſt anteponendus, ſecundum ordinem naturæ arg. l. ſi uiua matre. C. de bon. mat. & l. cum ita legata. §. fin. ff. de leg 2.

REGVLA CXVII.

Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularem, nec ſun
1 ſpoſſeſſorem l. ea lege. C. de condit. ob cauſam † Iaſ. in conſi. 88. in præſenti. uol. 3. Alex. conſi. 12. nu. 6. uol. 4. l. 3. §. opus. ff. de alien. iud. mut. cauſa facta. Bar. in l. fin. in fi. ff. de contrah. emp. & Affl. deci. 62. nu. 5. quia obligatio perſonalis, non dicitur alienatio. ſecundum Alex. conſi. 18. nu. 4. uol. 5. Cæpol. conſi. 13. nu. 1. in conſi. ciuilibus.

1 Fallit in iure conſequendi legitimam, quæ actio eſt perſonalis ex lege & non realis. ut l. actionum. ff. de act. & oblig. & datur filio ſuper omnibus bonis hæreditatis, quia eſt quota bonorum. ut l. papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſta. Bar. in l. generaliter. §. in ijs. C. de ſecund. nupt. ergo ſequitur obligatio perſonalis bona hæreditaria tu itaque cogita.

2 Fallit in tribus caſibus poſitis a Soc. in regula 336. quas limitationes conſidera, quia ſubtiles ſunt.

Fallit etiam quando ſine determinatione quantitatis conceditur alicui poſſe cedere lapides in fuudo, quia nõ eſt obligatio proprie, ſed cenſetur ſeruitus uſus, & ita in-
3 telligitur tex. in l. mela. §. † fin. ff. de alim. & cib. leg. & ita Cyn. in rubrica. C. de uſufr.

REGVLA CXVIII.

1 Obligatio facta per artificem alicui ratione induſtriæ perſonæ extincta perſona ceſſat & ad hæredes non ſe extendit. l. inter artifices. ff. de ſolut. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus rei. Bar. in l. ſi ſit ſtipulatus in fine. ff. de uerbo. oblig. Roma. ſing. 670. Felin. in c. quoniam. §. is autem. nu. 5. de off. delegat.